Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in illo tpe. Dixit martha ad ihm. Domine si fuisses hic: frat meus nõ fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecumq; poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit ei ihus. Resurget frat tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dixit ei ihus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit vivet. Et omnis qui vivit et credit in me: nõ morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiq; domine. Ego credidi: quia tu es xpus filius dei: qui in hunc mundum venisti.

viii

Et dicens illis. Cum fortis

Sabbato

Liber machabeorũ

Iudas collatione facta duodecim millia dragmas argenti misit in hierosolima offerre ibi ea pro peccatis mortuorum: iuste religiose de resurrectione cogitans nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Sed quia considerabat quod hi qui cum pietate dormiunt optima habent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a

Ad illo tpe. Dixit dis

Sm iohannem

peccatis soluantur ihus discipulis suis et iudeis. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat sic et filius quos vult viuificat. Neq; enim pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio: ut omnes honorificent filium. sicut honorificant patrem. Qui nõ honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meum audit et credit eum qui misit me: habet vitam eternam. Et iudicium nõ venit: sed transit

Ad chellalonem

Fratres. Nolumus de dormientibus: ut non contristemini